FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

Epistola || Pauli ad || Titum.||(per Erasmum Rotero=||damum.||)

Erasmus, Desiderius

Leipzig, 1521

VD16 ZV 27173

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149011

Visual Library

Epiſtola Pauli ad Titum.

Lipſię Valenti
nus Schumañ

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ducalis Cęnobii Neupergenſis Abbati, Thomę Belliteneti, dn̄o ſuo piiſſimo. Chriſtophorus Hegendorffinus Salutem Dicit.

PLinius vir ingenii ſingularis ſcribit animalia quedā eſſe, quibus fuci nomen eſt, quę ip̄a ꝗdem nihil laborare ſolent, ſed apū mellaria inuadere, & quātū ſibi ſatis eſt, mellis aufferre. Id quod & ego iā facere videor. Dum enim me tibi Reuerēde pater, ꝓbare ſtudeo, aliena magno labore parta verbis in me tranſmoueo. Verū oportune res cadit. Nā cum Ioannes Hornburgius iuuenis cū primis eruditus, nō raro dixerit, ſiue ille mihi abblanditus ſit, ſiue vera prędicarit, nō curę Hippoclidi eſt, dixit certe, te vſqꝫ adeo mei amore exarſiſſe, vt nihil prius duceres q̄ꝫ ſi amicitiā mecū inire poſſis. Mirabar, qui hoc fieret? partim hoc inter precipuos fęlicitatis meę calculos numerabā, vt qui ſummis illis heroibus nō omnino diſplicerem, partim Heroum candori imputabā, qui etiā mediocriter doctos impēdio amare ſolēt, nimirū vt ſuo illo, amore ad literarū ſtudia acrius inuitent, interim ἠμαρ κάι νυκτωρ cogitabā qui nā me tibi ꝓbatū redderē, tandē oportuniſſime res cecidit, nēpe cū in magiſtrū declaratus eſſem, ne penitus literis ꝓphanis occuparer, ſacris quoqꝫ ꝗppiā opandū duxi, & ſtatim, multis etiā id appobātibꝰ, epl̄am Pauli ad Titum typis excudendam dedi, belle me occaſionem amicitię ineundi nactū putans, & q̄ꝫuis epl̄a breuior

videri poſſit / ꝙ vt tãto religiõis antiſtiti dedicari / ne dicam / obtrudi debeat Tñ verborum λακωνισμόν Pauli noſtri authoritas reſartiet Ecquid em̃ paruũ videri poteſt: qđ maximus ille euãgelicę legis preco nobis ſcriptũ reliq̃t. hic em̃ ille eſt Pericles de quo Comicus qdã ſcripſit qui. κστρατπ̓ ἔβροντα ξυνέκυκα τον χριστιανισμὸν καὶ πιθώτις επικάθιζεν ἐν τοῖσ χείλεσι. Ad hec q̃d cõmodius abbati dedicari poſſet: ꝙ illud ex q̃ viuẽdi rationẽ cõparare queat: En hic ipſiſſima viuẽdi ratio. Nõ autem hec ſcribo / qđ tu nõ ea vel legeris / vł iampridem ad illa / vitam tuã compoſueris / ſed vt domi haberes in quo tuam ipſius imaginem expreſſam videres. O vtinã ea quę κράτιστοσ λέγειν ῥήτωρ Paulus hic docet / omnes noſtri ſeculi myſtę / obſeruarẽt. Credo / nõ tot tumultibus orbis Chriſtianus inuoluerẽt. Non ita euãgelicę veritati / ab ipſis etiã / vt videri volunt / ꝓto theologis reclamarẽt. Sed q̃d faciant: καταβαλεῖν μᾶλλον ἢ τῶ μαθεῖν καὶ διδάξαι proch, dolor, didicerunt, ꝓpterea euãgeliũ Chriſti vnica pacis oliua nõ eorũ mentes capit, At qđ hec: tu Reuerẽde in Chriſto pater / occaſionem diuina: vt dicitur virgula: nobis oblatam boni conſule, Paulum meum immo tuum, ſed vtriq; potius communem exporrecta fronte ſuſcipe. Vale fęlix Datum Lipſiæ ex collegio principis.

IN EPIST. AD TITVM, ARGV- mentum per Eraſmum Rotero- damum :-

Itum diſcipulum ſuum ac filii loco habitum ob eximias dotes inſulæ nobiliſſimę Cretę præfecerat apoſtolus :& illinc abiens, archi epiſcopum conſecrarat. Huic ſcribit ex vrbe Nicopo li, quæ eſt in Actiaco littore: rebus, vt apparet, adhuc tranquillioribus : ſiquidem afflictionum aut perſecu tionum nulla mentio. Monet autē, vt quod ipſe apud Cretenſes cœpat, conſummet abſoluatq; :& p ſingu- las ciuitates, quas centum habuiſſe memoratur ea in ſula, epiſcopos inſtituat, quos & preſbyteros vocat, idonei epiſcopi formam præſcribēs Et quoniam huc quoq; penetrarant pſeudapoſtoli, qui Iudaiſmum ſu um omnibus ingerebant: animat eum, vt eos fortiter reiiciat ac refutet. Deinde perſonarum & ætatum prę ſcribit officia, quemadmodum Timotheo præſcri- bit: illud addens, ne quiſquam Chriſtianæ religiōis prætextu prīcipibus aut magiſtratibus reſiſteret, ſuo fungentibus officio, quamuis eſſent a Chriſti fide ali- eni, quin magis eos leniter ferendos : ſiquando for- te, volente deo, & illi reſipiſcant. Poſtremo iubet, Titum ad ſe venire Nicopolim, ſed non priuſquam, Paulus Artemiam aut Tychicū illuc miſiſſet, ne Cre- tenſes deſtituti viderentur epiſcopi ſolatio.

FINIS.

EPISTOLA PAVLI AD TITVM.

PAulus ſeruus dei, apl'us aūt Ieſu Chri-
ſti iuxta fidē electorū dei, & agnitionē
veritatis, quę eſt ſecundū pietatē in ſpe
vitæ æternæ: quā ꝓmiſit is, qui mētiri
neſcit deus ante tēpora æterna. Patefe-
cit aūt tēporibus ſuis ſermonē ſuū per
prædicationē, quæ cōmiſſa eſt mihi ſecundū delegati
onē ſeruatoris noſtri de Tito germano filio iuxta cō
munē fidem. Gratia miſcd'ia, pax a deo patre, & dño
Ieſu Chriſto ſeruatore noſtro. Huius rei gratia reliq
te in Creta: vt quæ deſunt, ꝑgas corrigere, & cōſtitu-
as oppidatim p̄ſbyteros ſicut ego tibi ordinarā. Si qs
eſt inculpatus vnius vxoris vir liberos habēs fideles:
nō obnoxios crimini luxus, aut q nō ſint ītractabl'es.
Oportet enim epiſcopū inculpatū eſſe, tanq̄ dei diſ-
penſatorē: nō præfractū, nō iracundū, nō vinoſū, nō
ꝑcuſſorē, nō turpiter lucro deditū: ſed hoſpitalē, bōa-
rum rerū ſtudioſum, ſobriū, iuſtū, pium, tēperantem
tenacem eius q ſecundū doctrinā eſt, fidelis ſermōis:
vt potēs ſit etiā exhortari per doctrinā ſanā, & cōtra-
dicentes cōuincere. Sunt em̄ multi ītractabiles, & va-
niloqui, & mentiū ſeductores: maxīe hi q ſunt ex cir-
cūciſione, qbus oportet obturare os q totas domos
ſubuertūt, docentes quæ nō oportet, turpis lucri grā
Dixit quidā ex iſtis, ꝓprius ipſoꝝ propheta: Creten
ſes ſp mendaces, malæ beſtiæ, vētres pigri: teſtimoni-
um hoc eſt verū. Quā ob cauſam redarguito illos ſe-
ueriter, vt ſani ſint in fide: nō attēdētes Iudaicis fabu-

lis,& præceptis hominũ, auerſantiũ veritatẽ. Omnia quidẽ pura puris. Porro pollutis & infidelibus nihil eſt purũ ſed polluta eſt illorũ & mẽs et cõſciẽtia. Deũ ꝓfitent̃ ſe ſcire, cæterũ factis negãt: cũ ſint abomĩabiles, & imorigeri, & ad oẽ opus bonũ reꝓbi. Ca. II

Tu vero loquere, quæ decẽt ſanã doctrinã, Senes vt ſobrii ſint, graues, modeſti, ſani fide, charitate, patientia. Anus itidẽ, vt in habitu ſint, qui religionẽ deceat: nõ calũniatrices, nõ vino multo ſeruiẽtes: vt honeſta doceãt, quo poſſint modeſtas reddere adoleſcẽtulas: vt maritos ſuos diligãt, vt liberos amẽt, vt ſobriæ ſint, puræ, domus cuſtodes, bonæ, ſubditæ ſuis viris, ne ſermo dei male audiat. Adoleſcẽtes cõſimiliter adhortare, vt ſobrii ſint, ſuꝑ omnia temetipſum præbẽs formã bonorũ operũ in doctrina, integritatẽ, grauitatem, ſermonẽ ſanũ, irreprehenſibilẽ: vt iis qui repugnãt rubore ſuffundat̃, nihil habẽs quod de vobis dicat mali. Seruos hortare, vt ſuis dñis pareant, in omĩbus illis placeant: nõ reſpõſatores, nõ ſuffurantes, ſed fidẽ omẽm oſtẽdẽtes bonã, vt doctrinam ſeruatoris noſtri dei ornẽt in omĩbus. Apparuit em̃ gratia dei, ſalutifera oĩbus homĩbus, erudiens, nos, vt abnegata impietate & mũdanis concupiſcentiis, ſobrie & iuſte & pie viuamns in præſenti ſeculo, expectãtes beatã illam ſpẽ: & apparitionẽ gloriæ magni dei, & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſemetipſũ ꝓ nobis, vt redimeret nos ab omĩ iniqtate, & purificaret ſibiipſi pplm̃ peculiarẽ ſectatorẽ bonorũ operũ. Hæc loqre & hortare, & argue cũ omni præcipiendi ſtudio. Nemo te deſpiciat. CAPVT. III.

Admoneto illos, vt principatibus ac potestatibus
ſubditi ſint, vt magiſtratibus pareãt, vt ad om̃e opus
bonũ ſint parati ne de quoq̃ʒ maledicãt ne ſint pugna
ces, ſed hũani, oẽm exhibẽtes mãſuetudinẽ erga oẽs
hoĩes. Nã eramus quõdam & nos ſtulti, inobediẽtes
errantes, ſeruiẽtes deſyderiis ac voluptatibus variis,
in malitia & inuidia degẽtes, odioſi, inuicẽ odio ꝓſe=
quẽtes. At poſtquã bonitas, & erga homĩes amor ap
paruit ſeruatoris noſtri dei, nõ ex opibus quæ ſunt in
iuſticia, quæ faciebamus nos, ſed ſecundũ ſuã miſeri=
cordiã ſaluos nos fecit ꝑ lauacrũ regeneratiõis, ac re=
nouatiõis ſpũs ſancti: quẽ effudit in nos opulẽte, per
Ieſum Chriſtũ ſeruatorẽ noſtrũ: vt iuſtificati illiꝰ gra=
tia, hæredes efficeremur iuxta ſpẽ vitæ æternæ. Indu=
bitatus ſermo. De his volo vt cõfirmes, quo ſolliciti
ſint, vt bonis opibus pręſint qui crediderũt deo. Hęc
em̃ ſunt honeſta & vtilia homĩbus. Stultas aũt quæ=
ſtiones, & genealogias, & cõtentiones, ac pugnas le=
gales omitte: ſunt em̃ inutiles & ſupuacaneæ. Sectarꝫ
autorẽ hoĩem poſt vnã & alterã admonitionẽ fuge:
ſciẽs, ꝙ euerſus ſit, q eiuſmõi eſt, & peccet ꝑ ſe dãnatꝰ
Cum aũt miſero Arteman ad te, aut Tychicũ, da ope
ram, vt venias ad me Nicopolim: nã illic decreui hy=
bernare. Zenã legiſperitũ & Apollo ſtudioſe deduci
to, ne qd illis deſit. Diſcant autẽ & nr̃i, bonis opibus
præeſſę, ad neceſſarios vſus, vt nõ ſint infrugiferi. Sa=
lutant te, qui mecũ ſunt om̃es. Saluta eos, qui diligũt
nos in fide. Gratia cum omnibus vobis Amen.

¶ Lipſiæ ax ædibus Valentini Schumann An=
no domini Milleſimo quingente=
ſimo primo.